FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

Familiae erciscundae. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729**

Visual Library

a ¶ Confiteri de hoc. Adde & dic vt per Bar. Bald. & Salic. in auc. contra q propriã. j. de nõ nu. pec. & per Ludo. ro. in cõſi. ſuo. xxj. Franc. Cur.

b ¶ Vltimò. Adde de iſta qõne & dic vt p Pet. de Peru. in trac. de duobus fratribus parte v. prin. col. xij. ver. xij. q̃ro. Bald. in conſi. lxxx. in v. vol. & Car. in cõſ. xxvij. Franc. Cur.

c ¶ Verba ſtatuti. An verba ſtatuti debeãt intelligi in proprio ſignificato. vide per Doct. in c. in noſtra. de iniu. Car. zaba. in c. cum dilect⁹. in xiij. q. de conſue.

vt non teneatur iterũ probare: ſed ſufficiat ſibi producere illum proceſſum, vel acta? Breuiter ſi lata fuit condemnatio primò in criminali videtur hic ſufficere in ciui. arg. l. j. §. vbi cauſæ fiſcales. & l. in cognitione. ff. ad ſilleia. vbi ſententia lata in crim. cauſa. habet effectũ cõfiſcandorũ bonorũ in cauſa ciui. Aut ecõuerſo fuit lata in cauſa ciui. & tunc nõ ꝓdeſt vel non proſunt in cauſa cri. in qua requirũtur probationes luce clariores: vt j. de prob. l. fi. & vide Bart. in d. l. prætor. §. j. quę eſt l. iij. ff. vi bono. rap. & per Cy. d. l. vnica. j. qñ ciuilis actio præiu. cri.

2 *An ille q negauit admittatur ſi uult confiteri, & actorem releuando ab onere probandi, ut euitet condemnationem dupli.*

3 *Statutũ quod confitenti maleficium remittatur certa pars pœnę & reus primo negat, an poſſit poſtea confiteri, ut obtineat beneficium ſtatuti.*

LEX IIII.

1 CONTRA. † In hac actione cõtra negantem de mendacio conuictum ſit condemnatio ad duplum. h. d. Supple etiam ſine nouo libello, & in eodem iudicio: licet non fuerit hoc petitum: quia venit ex natura actionis. vt no. Bal. in l. j. in princi. pen. col. j. de furt. Eſt ergo actio hæc pœnalis in hoc. Itẽ in alio: quia habet oculos retro cũ fiat cõdemnatio quanti plurimi fiat à xxx. diebus retro etiã non contra negantem: circa quod vide quod plenè no. in l. vnde quę
2 ritur. ver. ſed ſi legis. ff. commo. an autẽ † ille qui ſemel negauit: vt euitet condemnatio dupli, admittatur ſi vult cõfiteri ad actorem releuandum ab onere probandi. vide quod plenè not. Bart.
3 in l. eum qui. ff. de iure. Et † ſi ſtatutum dicat quòd confitenti maleficium remittatur certa pars pœnæ, & reus primò negauit:
a poſteà vult confiteri [a], vt obtineat beneficium ſtatuti tangitur hic per Bal. & vide quod not. Barto. in quæſtio. diſpu. per eum, quæ incipit per Italiam communiter ſunt ſtatuta.

LEX V.

1 DE pecoribus. † Qui dat occaſionem damni, tenetur hac actione vtili. h. d. tex. cum gl. ſi enim incluſiſti pecora mea, ex illa incluſione non recipio damnum: ſed ſi ibi famę moriuntur, recipio damnum occaſione incluſionis, & ex fame ipſorum, & ſic non corpore tuo tamen in corpore animalium meorum ideo non datur directa actio: ſed vtilis cum qua cõcurrit etiam actio in factum.

LEX VI.

1. DE ijs. † In iſta l. quærit Cyn. quid ſi animalia tua per te immiſſa in meum fuerunt depaſta ſegetes exiſtẽtes in herbis, quod damnum venit in hac actione: quia ſegetes non ſunt ordinatæ ad hoc vt de paſcantur eodem modo quo herbæ pratiles inquãtùm condemnaberis? an intantùm quantum valeret frumentum, quod inde fuiſſet recollectum ſi non fuiſſet depaſtum: an intantùm quantùm valerent herbæ de prato? & dicit conſiderandum eſſe quantum poſſet vendi dubius euentus perceptionis arg. ff. fami. erciſ. l. propter ſpem. Non ſunt alia.

*Familiæ erciſcundæ.* *Rubrica.*

LEX I.

1 SI non. † Si quid hęreditarium non eſt diuiſum, datur hæc actio, vt illud diuidatur. h. d. & loquiť quando alia bona erãt diuiſa extra iudicium, & remanſerat vnum prædium diuidendum: ſed ſi fuiſſet facta diuiſio in iudicio, pro diuiſione prædij quod remanſit indiuiſum: non daretur actio fa. erciſcun. ſed communi diui. ff. eo. l. ſi filia. §. fa. erciſ. & quæ ſit ratio dic vt ibi ſubtiliter no. per glo. & tene vltimam ſolutionem glo. ad illud contrarium.

2 *Statutum quod uxore præmortua uir lucretur dotem, & contingat quod uiuente patre uxor unius de filijs mortua eſt ſine liberis, & ſic dos debet cedere lucro mariti, an cedat lucro patris mariti?*

3 *Si uiuente patre filius uult ab eo recedere cum uxore, & uiuere de per ſe, & petat à patre ut conſignet ſibi dotem uxoris, & pater non uult, ſed dicit nolo quod recedatis, & uolo miniſtrare uobis expenſas, quid iuris?*

LEX II.

1 VXor tua. † In hoc iudicio filius deducit dotem vxoris præcipuã, ſi tempore diuiſionis durabat matrimoniũ: & pœnes eũdẽ remanet etiã ma. ſol. nec teneť eã cõicare cũ fratribus: ſed eius tñ lucro cedit, ſi eſt pactũ vel ſtatũ de dote lucrãda. h. d. In tex. ibi. (fa. erciſcun.) i. officio iudicis deſeruiẽte huic actiõi. nã actio dať ad diuidẽdũ. Iſta verò dos nõ diuidiť: ſed ante patrẽ aſſignať illi filio qui eſt vxoratus: ſicut in ſimili. j. eo. l. ſi qua fideic. petitio. & iſta aſſignatio venit ex illa regula, vel æquitate: ꝙ ibi debet eſſe dos vbi ſunt onera matrimonij: viuẽte aũt patre onera erãt apud patrẽ: nũc verò erunt apud illũ filiũ: nec debet audiri frater ſi dicat ego ſum paratus ſtare in cõione tecum, & ſuſtinere onera matrimonij ꝓ parte mea: ſi fortè nõ expedit fratri vxorato, ſi ille non eſſet cõtrarium poſtulaturus: nec debet cõpelli ſtare ſecũ ſi non vult. nã alia rõ eſt viuẽte patre quã eo mortuo. facit qđ not. in l. Caio. §. Imperator. de adi. leg. ꝓuidebiť aũt fratri qui ex perſona patris eſt obligatus ad reſtitutionẽ dotis pro hæreditaria portione per cautionẽ: quia frater ipſam percipiẽs debebit ei cauere de cõſeruãdo ipſum indẽnem ab vxore: vt l. ſi filia. §. hoc amplius. ff. eo. & nõ ſolũ dotẽ vxoris: ſed & dotẽ nurus ſuæ: ſi habet filium vxoratũ: & pater idemq; auus dotẽ illius nurus recœpit: nam & onera filij ſui & nurus eum ſequuntur vt. ff. eod. l. ſi filia. & vide hic quod no. per Bar. in l. ſi cõſtante. ſolu. mat. in ij. q. prin. q. vi.
2 † Vltimò [b] allegatur iſta l. ſi ſtatutum vult ꝙ vxore præmortua
b vir lucretur dotem, & contingat ꝙ viuente patre vxor vnius de filijs mortua eſt ſine liberis: & ſic dos debet cedere lucro mariti, an cedet lucro patris mariti: quia tunc erat poſtea dos cõmunis inter oẽs filios, an dũtaxat lucro illius filij, quia tunc erat lucrum præcipuũ: & non tenebiť cõicare fratribus? & reperiť Cyn. conſuluiſſe pro prima parte: ſed quando vxor deceſſit poſt mortem patris, cedat lucro ſolius mariti per hanc l. vt ipſe not. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. ma. Doct. dicunt ꝙ primũ dictũ ꝓcedebat iure iſto, quo oĩa bona quæſita per filiũ quærebantur patri: & ſic ſiue cederet lucro ipſius patris de directo: ſiue lucro ipſius filij: & ſic etiã ipſius patris per indirectũ debebat eſſe commune: ſicut & alia bona acquiſita per vnũ ex filijs: ſed hodie ꝓprietas aduentitiorũ acquirať ipſi filio, & vſufr. patri, & iſta lucra nuptialia ſint aduentitia vt l. j. & ij. de bon. quæ lib. dicẽdum eſt ꝙ tale lucrum erit præcipuum illius filij: cuius vxor mortua eſt: licet pater quouſq; vixit habuit vſumfruct. per id ꝙ not. per Bar. in l. dotem. ff. de caſtren. pecu. ſed in tractatu de duobus fratribus dicit eſſe diſtinguendum qualiter ſtatutum loquatur, an in perſonam mariti: & tunc indiſtinctè eſt ipſius mariti: puta ſi dicat ꝙ maritus lucreť: an in perſonã recipientis dotẽ: & tũc habet locũ diſtinctio. Dy. alibi videtur dicere ꝙ ſi viuente patre filius erat ſeparatus à patre: & ſuſtinebat onera matrimonij, lucrum debet eſſe ſuum: ſed ſi viuebat cum patre, & pater ſuſtinebat onera matrimonij, lucrum debet eſſe patris: quia venit propter onera matrimonij: & ſic non eſt merum lucrum: vt not. in l. ſi donaturus. in fi. ff. de condi. ob cauſam. Tu potes ex prædictis colligere diſtinctionem per teipſum: quia quælibet opi. videtur habere fundamentum iuris recollige in iſto paſſu: ꝙ aut vxor vnius ex filijs moritur poſt mortem patris qui dotem receperat, & tunc lucrum dotis ex forma pacti vel ſtatuti eſt illius ſolius filij cuius erat vxor: nec tenebitur fratribus communicare: vt hic in fi. quod intelligo verũ ſiue iam diuiſerant bona paterna: & dotis partem ille filius habuerat: quo caſu loquitur hic: quia iſte ſolus ſuſtinet onera matrimonij tẽpore delati lucri: ſiue non diuiſerant, ſed ſtabant in cõmuni: & ſic onus matrimonij erat cõmune: nam ſufficit ꝙ fructus dotis ſint cõmunes, quouſq; ille filius dotem conſequatur: aut deceſſit viuente patre, & tunc aut loquitur ſecundũ tempora huius l. & lucrũ applicabiť patri: & ſic poſtea erat commune inter omnes filios ſecundũ Dy. & alios. Aut ſequimur ſecundũ tempora hodierna, ſecundum quæ filius eſt capax pro
c prietatis: & tunc inſpicienda ſunt verba ſtatuti [c] nam ſi loquatur de marito, vt ipſe lucretur lucrum, erit ſuum, tamen pater habebit vſumfruct. quouſq; viuet: nec tenebitur proprietatem communicare

municare cũ fratribus:quia aduentitia nõ cõferunť:vt j. de col-
la.l.fin.Aut loquuntur in perſona recipientis dotem:& tunc ap-
plicabitur patri qui eam recepit:& ſic erit commune inter filios:
aut nõ põt cõprehendi de quo loquať:& tunc ſi filius habitabat
ſeorſum à patre cum vxore:& ſic ſuſtinebat onera matrimonij,
& lucrum erit ſuum:aut habitabat cum patre, & ſic pater ſuſti-
nebat,& tunc lucrum erit patris:& ſic cõmunicabitur inter oẽs
filios:& per hæc reducuntur ad concordiã dictæ opi. †Sed nũc
3 quæro:& iſtud cõcernit primum dictum eius.l.quid ſi viuente
patre filius vult ab eo recedere [a] cum vxore, & viuere de per ſe
a & petit à patre vt conſignet ſibi dotem vxoris:pater non vult
conſignare:ſed dicit nolo ꝙ recedatis: & volo miniſtrare vobis
expenſas.quæritur quid iuris?Et breuiter ſi de voluntate patris
iam receſsiſſet,deberet audiri filius repetens dotem,vt poſſet eã
repetere officio iudicis ex æquitate:de qua in l.ſi is.§.j.ff.de iure
do.quæ eſt vt ibi ſit dos vbi ſunt onera matrimonij : & ad hoc
vide quod no.Bartol.l.ſi conſtante.in ij.quæſtio.princip.;q. viij.
ff.ſolu.matri.& in l.ij.circa fi.de dote prælegata.nam & ipſe pa-
ter eo ipſo ꝙ conceſsit licentiã recedẽdi,videť etiã voluiſſe ꝙ do
tem rehabeant,vnde viuere poſsint:per ea quæ no.in l.ſi lõgius
§.ſi filiusfami.circa fi.gl.mag.ff.de iudi.& ita refert Bal.Cyn.de
facto reſpondiſſe in ciuitate Peruſij:& idẽ tenet Bal. & Ang.in
l.ſi cũ dotẽ.§.trãſgrediamur.ſol.mat.Si verò nõ cõceſsit licẽtiã,
imò cõtradixit tũc ꝑcedit q.circa quã dic ꝙ ſi habebat iuſtã cau
ſam recedẽdi puta qa poterat pacificè viuere cũ patre , quod in
totũ relinquiť arbitrio iudicis:tunc deberet filius audiri per ea q̃
in ſimili notanť de vxore cui maritus relinquit alimẽta in domo
ipſius teſt.ſi non põt ibi pacificè viuere, vel honeſtè põt petere
ſibi miniſtrari alimẽta extra domũ in l.Caio.§. Imperator.ff. de
ali.& cib.leg.aliàs ſi nõ haberet iuſtã cauſam,nõ deberet audiri:
quia innititur contra pietatem paternam:& ſicut non teneť ſibi
dare legitimam,ita nec reſtituere dotẽ,niſi in caſu ſolu.matri.&
adde hic quod no.Bar.in l.contra.§.j.ff.rerum amotarum.

LEX III.

1 ADuerſus. †In hoc iudicio vniũt ſubtracta,hære-
ditate iacẽte ab altero ex hæredibus:
ideo nõ põt intẽtari crimẽ expilatæ hæreditatis pro il-
lis.h.d.Pro declaratione gl.j.opp.tribus modis. primo
de l.diuus.ff.de crimine expila.hæredi. vbi tale crimẽ concurrit
cum alia actione ciuili,& nõ odioſa.iſte tex.vult contrarium:ꝙ
ceſſet quãdo datur alia actio nõ odioſa:vt fami.erc.ex gl.colligũ
tur tres ſolu.prima.ꝙ hic ideo non concurrit:quia nec fuit com-
miſſum.nam vt cõmittatur,requiriť dolus:ſicut in furto. nam cũ
vnus ex cohæredibus poſt aditã hæreditatẽ aliquã rem cõmunẽ
cõtrectat,nõ præſumiť doloſè facere:nec cum malo animo : ſed
ratiõe partis quã habet in ea.vt in l.meritò.ff.pro ſoc.iſta nõ pla-
cet quia alia ratio reddiť in tex.in fi.quod ideo non poteſt inten
tari,quia alia actio cõpetit:nõ quia nõ ſit cõmiſſum,nam poteſt
eſſe ꝙ doloſè.Ideo gl.ſoluit alio modo ibi:dũ dicit[alia ẽm &c.]
ꝙ iſtud crimẽ nõ cõcurrit cum alia actione actione,quæ oriatur
ex eodẽ crimine,vt hic.nam actio fa.erc.pro rebus ſubtractis vi-
detur oriri,ex eodẽ crimine , & ex eadẽ ſubtractione: ſed cũ alia
actione quæ nõ oriatur ex eodẽ crimine, ſed detur ratione poſ-
ſeſsionis:vt eſt rei vend.vel peti.hæred.bene poteſt concurrere:
vt in l.contraria.ibi ergo ſubtrahens non erat cohæres:& ſic põt
vel hoc crimine accuſari,vel conueniri peti.hæredita.& eodem
modo hæc petitio hæreditatis bene poſſet cõcurrere: & propter
eam non excluderet hoc crimen:ſed propter actio famil.erc.quę
facit ipſum ceſſare:& iſtam ſol.ſequitur Cyn. Alij dicunt ꝙ ibi
contra diuerſos:hic contra eundem.Sed oppo.ſecundò ꝙ iſtud
crimen non cõmittatur:& ſic nõ habebat dubium iſta lex: vt in
l.ij.ff.de cri. expil.hære.Sol.verum eſt ſi hæreditas erat adita,&
poſſeſsio apprehenſa:nam tunc cõmitteretur furtum : quod eſt
crimen ordinarium:& ſic facit ceſſare extraordinarium : vt eſt
iſtud.hic autem debet intelligi:vt habeat dubium.ꝙ poſ.nõ erat
apprehenſa:vnde non committitur furtum : iuxta ea quæ plenè
habentur in l.ſi homo.ff.de vſuc.ideo recurritur ad hoc crimen
extraordinariũ:quod cõmittitur cum ceſſat furtum;tamen pro-
pter aliam actionem non intentatur:ſed opp.ꝙ nõ referat fuerit
apprehenſa poſ.vel non:vt l.& puto.§.ij.& l.qui erat.ff.e.Sol.il-
lud verũ in fa.erc.quæ cõpetit ſiue poſ.erat apprehenſa, ſiue nõ
tempore ſubtractionis:ſed aliud eſt crimen
expila.hære.Vltimò in glo.fi.oppo.qđ imò
debeat cõcurrere cum act.fa.erc.qa crimen
expil.hære.ꝑponitur ad pœnã extraordina
riam imponendã ſed act.fa.erc.ad res ſub-
tractas cõſequendas,vnde cum tendant ad
diuerſa,nõ debet altera per alterã impediri:
maximè poſtquã vna eſt finita & termina-
ta.iuxta ea quę habenť ſ.ti.j.l.ex morte. Gl.
ꝓpter hoc mirať de iſto text.& dicit ipſum
debere intelligi in act.in factũ.quæ oriť.ex
quolibet crimine ad conſecutionẽ dãni vel
intereſſe.iuxta ea quæ habenť in l.nec quicquã.ff.pro ſocio.& l.
querela.j.de fal. vt illa tanquam extraordinaria non concurrat
cum iſta:quæ eſt ordinaria. Cæterum accuſatio huius criminis
ad pœnam extraordinariam imponendam non videt glo.quare
debeat ceſſare propter hoc quòd iſta actio competebat: licet lo-
quatur fortè ſub dubio.

a ¶Recedere. Adde Petrũ de Anc. in cõſili. ccxxxix. vide eundem Pau.& Alexã. de imo.in l.ſi cõſtante.§.trãſgrediamur.ff.ſol.mat.

b ¶Dat libros. Adde Bar.in l.donationes.§.pater.ff.de don. & Bald.in l.oĩmõ.in §.imputari.ã:de inoff.teſt.& Bart.in tract.de duobus fratribus.

*2 ☞Si pater filio doctori dat libros & ueſtes doctorales, & alia ſimilia quæ doctori conueniunt,ſtatim efficiuntur quaſi caſtrenſis peculij,& ſtatim ualet donatio: nec communicantur cum fratribus,nec debent ei computari in portionem ſuam.*

*3 Si eidem prædia,talis donatio non tranſit in quaſi caſtrenſe peculium.*

*Quid ſi donaret aliquas res mobiles.*

*4 In his quæ donantur filio militi ab alio quam à patre : occaſione tamen militiæ ( puta à commilitone ) tranſeunt in caſtrenſe peculium:& ſi donantur à patre,an uideãtur donata potius cauſa filiationis,quam cauſa militiæ?*

LEX IIII.

1 SI filiusfa. † Caſtrẽſia in diuiſiõe deducunť præ-
cipua . Secus ſi non ſunt caſtrẽſia.h.d.
b Bart. † Not.hic caſum ꝙ ſi pr̃ filio doctori dat libros [b]
& veſtes doctorales,& alia ſimilia quæ doctori conue
niunt,ſtatim efficiuntur quaſi caſtrenſis peculij: & ſtatim valet
donatio:quia filiusfa.quantum ad caſtrẽſe peculium pro patre-
famil.habetur,vt in l.ij.ff.ad Maced.nec poſſet poſtea reuocari.
nec debent cõmunicari cum fratribus,nec debent ſibi cõputari
in portionem ſuam,ſed debet ea habere pręcipua:& reliqua de-
3 bent cõmuniter diuidi.†Secundò not.ꝙ ſi donat eidem prædia,
talis donatio non tranſit in quaſi caſtrenſe peculiũ:& idem eſſet
ſi donaret res mobiles non aptas ad militiam legalẽ: niſi iſta do-
naret vt vẽderet,& emeret libros,vel alia apta ad ſciẽtiam lega-
lem ſecundũ Guil.de Cug.talis enim donatio nõ valuit à prin-
cipio,ſed morte cõfirmatur:ſi non fuit reuocata. quæ poteſt re-
uocari vſq; ad mortẽ,vnde licet hic in ver.[ prædia autem. ]di-
catur quod non ſint caſtren.pecu.non tamen aliud dicit an de-
beant eſſe ſua præcipua vel non:vnde debet diſtingui an dona-
tio fuerit reuocata:& tunc ſunt præcipua illius, ſicut caſtrenſia:
vt j.eo.l.filiæ.aut fuit reuocata:& tunc ſecus.ar.j.de colla.l.ſi do
4 natione.† Vltimò not.ꝙ in his quæ donantur filio militi ab alio
quã à patre,occaſione tamẽ militiæ,puta à cõmilitone trãſeunt
in caſtren.pecu.indiſtinctè:ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia: &
ſiue apta ad militiã,ſiue non:quia non niſi cauſa militiæ fuerunt
donata,ſed quando donantur à patre ſi non ſunt apta ad militiã
videntur potius donata cauſa filiationis quã cauſa militiæ, hæc
eſt ratio huius l.facit l.ij.de caſtren.pecu.

*2 ☞Iniuria & offenſa cenſetur remitti tacitè ſi partes poſtea familiariter & amicabiliter ſe tractent,& ad inuicem ſibi ſeruiant:& hoc in iniuria uerbali.*

*Quid in iniuria reali?*

*3 Teſtator habens plures ſeruos, ſi in teſtamento dixit cuilibet ex ſeruis meis relinquo tantum,an per hoc uideatur remittere offenſam illis à quibus fuit offenſus?*

LEX V.

1 IN ipſius. †Iudex diuiſionis nõ debet ſequi vo-
luntatem teſtatoris à qua ipſe receſsit
expreſsè vel tacitè:ſed ſequi debet vltimam volunta-
tem in qua remãſit.h.d.& eſt pulchra. Quidam enim
teſtator cum fuiſſet grauiter offenſus à duobus ſeruis iratus cõ-
tra eos mandauit in teſtamẽto ꝙ vnus poneret in perpetuis car-
ceribus,alter aũt vẽderetur exportãdus vltra mare: iſta volũtas
ſi ab eo nõ fuiſſet receſſum, fuiſſet ſeruanda vno ex hæredibus
hoc petente:etiam ſi alij contradicerent per l.his cõſequenter.§.
ij.ff.eod.quæ vult ꝙ vnus ex hæredibus poſsit compellere alte-

a ℂFamiliariter. Adde gl.in §.in ſumma.inſtit.de iniu. & Bal.in auc.ſi teſtis.j.de teſt. & vide Alexã.in l.j.ff.de pact. & adde ꝙ etiam iniuria intelligit remiſſa, ſi vnus cõſtituat tutor ab altero l.Athletæ.& ibi gl.& Bar.ff.de excu.tu.& in §.Itẽ propter inimiciti.§.& ibi gl. & doct.inſti. de exc.tu. Itẽ ꝑ indicia præſumit remiſſa: vt qñ vnꝰ ſeruit alteri vt ꝑ Bal.hic. Et alium caſum vide ꝑ eundẽ in c.j.colũ.iiij.de prohi.feu.alie. per Fede.Itẽ legatũ factũ ꝑ vnũ alteri.l.iij.& ibi Bar.ff.de adi.le. Et qñ intelligat remiſſa ꝑ ſalutationem. vide per Archi. in ca. olim.de iniur. & dãno dato. Franciſ.Cur.

rum ad ſeruandam voluntatem defuncti: licet ex ea nullum commodum conſequerentur. Nam potuit vindictam ſumere de ſeruis ſuis:vt j.de emen.ſer. per totũ ſecundùm Gul. de cug. ſed hic filijs inſtantibus ꝙ ſeruaretur:vxor defuncti contradicebat aſſerẽs ꝙ defunctus ei perceperat:& in gratiam ſuã eos reduxerat: & ſic ab illa diſpoſitione tacitè receſſerat: & oſtendebat quia poſtea grata ſeruitia & merita impenderũt ita ꝙ manifeſtè poterat cõprehendi voluntas defuncti:vnde petebat ꝙ dicta volũtas non ſeruaretur.Imperator reſpõdet ꝙ ſi ita eſt,non debet ſeruari:quia fuit in ſua pote-
2 ſtate ab illa recedere.† Allegatur iſta l.ꝙ iniuria & offenſa cẽſetur remitti tacitè, ſi par-
a tes poſtea familiariter & amicabiliter ſe tractent,& ad inuicem ſibi ſeruiant: & hoc in iniuria verbali in reali verò magis eſt dubiũ ſecũdũ Guil.de cu. qui remittit ad not.
3 in l.ſi non cõuitij.j.de iniur. † Sed quæro,ſi iſte teſtator haberet plures ſeruos, & in teſtamento dixit cuilibet ex ſeruis meis relinquo tantũ,an per hoc videatur remittere offenſam illis duobus? Et certè ſi cõprehẽderent in iſta gñalitate, videretur remiſiſſe, ſed dic ꝙ non cõprehendũtur.vt l.Lucius.§.Lucius titius.ff. de lega.iij.oportet ergo ꝙ ſpecialiter aliquid gratum exhibeat contra illos offendentes,vt videatur eis remiſiſſe offenſam.

LEX VI.

1 EA quæ. † Nomina debitor.per hoc iudiciũ non veniunt diuidenda cum ſint ipſo iure diuiſa.h.d.Sed bene veniunt adiudicanda,cum expedit quod dic.vt l.ij.in fi.cum l.ſeq.ff.eo.

LEX VII.

1 SI qua † In hoc iudicio per officiũ iudicis deſeruiẽs huic actioni res prelegatę vni ex hæredibus adiudicantur ei cui prelegatæ ſunt:nõ ergo iure actionis fit iſta adiudicatio:quia iſta actio datur ad diuidendum hæreditatem & etiam ad iudicandum quando aliter non poteſt commodè diuidi & ſic adiudicatio ſuccedit loco diuiſionis hic verò non prelegata ſunt hæreditatis.

2 *☞ An in uno & eodem libello poſſim petere quod hæreditas patris uel matris (quæ ſunt communes inter te & me) diuidantur?*

LEX VIII.

1 BOna. † Pro pluribus hęreditatibus diuidẽdis inter eoſdem vnum ſolum iudicium fa.erciſ.habe-
2 re ſufficit.h.d. † Et ſic in vno & eodẽ libello poſſum petere ꝙ hæreditas patris vel matris (quæ ſunt communes inter te & me) diuidantur nec eſt dare duos libellos vel duo iudicia agitare licet pro qualibet earum detur mihi actio fa.erciſ.& ſic duæ actiones tamẽ quia ſunt eiuſdem generis & formę,ſufficit ꝙ vnica initietur pro ambabus:imò etiã ſi eſſent plures:vt patet hic.& ff.e.l.cohæredes.§.de pluribus ſimiliter.ff.pro ſocio.l.actiones.§.ſi communis.& l. non eſt nouum.ff. de actio.emp.ſed quando non ſunt eiuſdem generis & formę,videtur ꝙ requirantur diuerſi libelli per ea quę no.Bar.in l.edita.§.de edẽ.in materia cumulationis.Sed in cõtrarium quòd ſufficiat etiam tunc vnus libellus:vt l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſ.om.iud.& quod no.in c.querelam.de ele. Breuiter dici põt pro primo caſu quando ſunt eiuſdem generis & formæ, ſufficiat vnus libellus: nec habeatur ꝓ pluribus,ſed in ſecundo caſu licet ſufficiat vnus libellus,tamen reputantur tot libelli quot ſunt actiones diuerſę, & etiam res quæ petuntur,& hoc eſt vtile ſi deberet ſolui gabella ex forma ſtatuti:quia in primo caſu vnica tãtum ſoluetur. In ſecundo pro tot libellis quot ſunt res vel actiones diuerſæ in eadem chartula deductæ facit quod no.in l.j.ff.ad treb. & tot videbantur iudicia,& tot conte.litis.& tot ſententiæ & ſic poterit valere in vna,& in altera non:ſed in primo caſu:quia eſt vnum iudicium & vnica ſentẽtia,non poteſt pro parte valere,& pro parte non:vt l.in hoc iudicio.ff.eo.Tene menti: quia notabilia ſunt: licet per doc.non tangantur.

LEX IX.

1 NOn eſt. † Hęc actio eſt bonęfidei,& in ea veniunt fructus etiã cõſumpti: ſicut in petitione hæreditatis.h.d.Et pone caſum ꝙ quædam hæreditas erat communis inter te & me,tu tamẽ ſolus poſſedisti bona inde,credens te ſolũ hæredẽ, & fructus percepiſti, & conſumpſiſti:ego peto hæreditatẽ diuidi,& te condẽnari ad fructus ꝑceptos ex mea dimidia.Tu dicis ꝙ ſunt conſumpti,& ꝙ bonæ fidei poſſeſſor,nõ tenetur reſtituere fructus cõſumptos:etiam ſi ſit effectus locupletior,imò eos lucrat pro cultura & cura.inſti. de acqui.re.do.§.ſi quis à nõ domino.& l.ex diuerſo.in princ.ff. de rei ven.ſed certè aliud in rei ven. quæ eſt actio particularis, & ſtricti iuris.Aliud in peti.hære.quæ eſt vniuerſalis,& bonæ fidei:in qua veniunt fructus conſumpti,ſi poſſeſſor bonæ fi.eſt effectus locupletior.l.item veniunt.§.pridie.ff.de peti.hære. Idem ergo in actio.fa.erciſ.quæ ſimiliter eſt bona, & vniuerſalis ſpe & aptitudine etiam plus quã peti.hære.vt l.ſi filia.ff.fa.erc.cum ibi no.Bar.tamen videtur tenere in d.l.ex diuerſo.ꝙ etiam in rei ven.veniunt fructus conſumpti:ſi ex eis poſſeſſor bonæ fi.ſit effectus locupletior ex æquitate.l.ſi inter me & Titium.ff.ſi certum peta.non ſolum in fructibus naturalibus, quorum fuit effectus dominus:ſed etiam in induſtrialibus, quorum fuit effectus dominus.

2 *☞ Si teſtator non diſtribuat bona hæreditaria inter omnes heredes, ſed uni tantum facit aliquod prælegatum,quod ille poſſit repudiare portionem hæreditatis,& retinere prælegatum.*

*Si diſtribuit bona inter omnes,an repudiando quis portionem,uideatur etiam repudiare illam aſsignationem?*

3 *Clauſula generalis,an limitetur per ſpecialem præcedentem, uel ſequentem? an autem per eam augeatur ſpecialis.*

LEX X.

1 QVoties. † Si teſtator inter plures vniuerſaliter inſtitutos diuidat bona hęreditaria inæqualiter:ſeruãda eſt diuiſio per teſtatorẽ facta:licet nõ conueniat portionibus hæreditarijs:dũmodo nullus fraudetur quarta quæ ſibi debetur à iure:& verba generalia ſequentia intelliguntur & regulãtur ſpecialia præcedẽtia non autẽ per ea cẽſetur à ſpecialibus receſſum.h.d.Et pone caſum ꝙ teſtator inſtituit duos vel quatuor hæredes vniuerſaliter & æqualiter poſtea in eodẽ teſtamẽto( ne inter eos oriretur diſcordia in diuidendo ) cuilibet eorum aſsignauit certa bona pro parte ſua: quòd omnia bona remanent diuiſa& iſta diuiſio non fuit æqualiter facta:ſecundũ quòd facta fuit inſtitutio:quia bona aſsignata vni valebãt plus quã aſsignata alteri: iſti ſunt hæredes,æqualiter, & æqualiter agere poſſunt cõtra debitores hæreditarios:de rebus aũt corporalibus ſic per teſtatorẽ diſtributis nõ ſunt æquales:ideo partẽ in eis habent iure hæreditario.ſ.æqualem:alteram verò partem habẽt iure prælegati:vt l.ex facto.ff.de hær.inſti. ideo ſi alter cui minus fuit aſsignatũ, nõ habet integrã quartam ſuæ portionis quæ ſibi debetᷓ,vel pro legitima debita iure naturæ, vel pro falcidia iure inſti.dicta diuiſio debet ſeruari:ſalua falcidia,vel quarta:vt ſibi ſupplcatur.Sed pone ꝙ aſsignauerat ſeruos inęqualiter poſtea in fine teſtamẽti rogauit hæredes vt haberet iſtos ſeruos recõmendatos,& bene tractarẽt, dicebatur ꝙ videbatur propter hoc receſsiſſe ab illa aſsignatione:quia eos ſeruos recõmẽdauit omnibus hæredibus.Si ergo mihi recõmendauit illos quos tibi aſsignauerat ,vr̃ ab aſsignatione receſsiſſe:alias nõ poſſem ipſos habere recõmendatos.Contrariũ tamẽ determinatur,quia hanc generalẽ recõmendationem cenſeᷓ retuliſſe ad quẽlibet eorum pro illis ſeruis qui ſibi aſsignati erãt:nõ pro aliis qui erant alijs aſsignati,& ſic non videtur recõmendaſſe eos ſeruos omnibus hæredibus,ſed omnes illis hæredibus quibus erãt aſsignati.h.d.in effectu.In tex.ibi.[ſucceſsionem ſuam diuidit] i.bona hæreditaria:quæ non ſunt hæreditas,nec ſucceſsio,cum illa conſiſtat in iure etiam aliquo corpore:vt in l.hęreditas.ff.de peti.hære.& iſta erat cauſa dubitandi:quia ſi eos æqualiter inſtituit hæredes,& poſtea diſtributionem bonorum facit inæqualiter,videbatur non ſeruanda:ſed potius inſpiciendam eſſe æqualitatem factam in inſtitutione, tanquam in principali:vt illa ad ſe traheret ad ſe bona hæreditaria: quæ ſunt acceſſoria:ſed contrarium eſt:quia licet inæqualiter inſtituerit,poterat tamen alteri eorum facere prælegata:quæ etiam erant ſeruanda:vt ſ.eo.l.qua fideic.petitio:eodẽ modo ſi diſtribuit omnia bona inter eos

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

cum talis diſtributio vim habeat pręlegatorū:vt l.ex facto.ff.de hęr.inſti.† Aduerte tamē ad vnū ſatis notabile:q̄ ſi nō diſtribuat inter oēs:ſed vni tm̄ facit aliquod pręlegatum:ille pōt repudiare portionē hæreditatis,& retinere prælegatū:ſed qn̄ diſtribuit inter oēs talis diſtributio licet habeat vim prælegati,nō tamē ſuccedit loco portionū hæreditariarū:& ideo ſi quis eorū repudiaret ſuam portionē hęreditatis,in qua fuit inſtitutus,nō poſſet retinere bona ſibi aſsignata pro ſua portione:quia loco illius ſuccedit illa aſsignatio:ideo repudiādo portionē, etiā illam aſsignationē repudiare videtur.tex.eſt ſing.in l.quid ergo.la ij.ff.de le.j.cum ſi.præcedē.& l.filio pater.cum ſeq.quæ cōtinuantur:tene menti ſingulariter.In text.ibi.[ commendanda putauerit hæredibus. ] quid ſi nō erant niſi duo hæredes,& vni aſsignauit ſeruum,alteri nullum aſsignauit:poſtea verò loquēdo in plurali cōmendauit hæredibus ſuis ſeruum:certè iſtud plurale non poteſt referri ad illum ſolum qui aſsignauit:ſalua ratione recti ſermonis:& ſic videtur incluſiſſe alium cui nullū aſsignauit.videtur per hoc receſsiſſe ab aſsignatione.ar.eius quod no.per gl.in l.Mæuius.§.cum qui.ff.de leg.ij.per l.legatorū.§.qui plures.eo.ti. Cogita.qa ſuper hoc dubito:cum ratio faciat pro iſta parte:ſed alia ratio facit in contrariū:q̄ ita cito non cenſeť pœnituiſſe:vt l.nam & ea.cum ſibi no.ff.de condi.& demonſt.† De materia aūt huius ſi.an clauſula generalis limiteť per ſpecialē præcedentē:vel ſequentē:an aūt per eam augeať ſpecialis dic vt pleniſsimè, ſubtiliter, & profundè tractatur per Bart.in l.quæſitum.§.j.ff.de fun.inſtru. Pro declaratione glo.j.quæ eſt nota.& propter eam allegať pluries iſta l.præmitte q̄ tex.loquitur quando teſtator expreſsè aliquos hæredes:inſtituit vniuerſaliter:& ſic apparet q̄ voluit facere teſtamentū,licet poſtea diſtribuerit bona:quæ diſtributio potuiſſet fieri etiam in codicillis:cum habeat vim prælegatorum:quæ poſſunt in codicillis relinqui.Sed pone qđ non apparet aliquos inſtituiſſe:ſed bene apparet quod in præſentia teſtium & notarij diſtribuit bona inter filios,vel alios venientes ab inteſtato: & quia iſta diſtributio poteſt fieri tam in teſtamento quā in codicillis vt dictum eſt:dubitatur quid præſumēdum ſit voluiſſe an teſtari, an codicillari : & an decedere teſtatus, vel inteſtatus: & vtilitas huius inueſtigationis eſt:quia ſi haberet poſthumum de quo nullam mentionem feciſſet,ſi voluiſſet facere teſtamētum, rumperetur per natiuitatem poſthumi præteriti , & ſic etiā illa aſsignatio quæ eſt ſequela teſtamenti:non ſic ſi voluiſſet codicillari:quia codicillus vel vltima voluntas non rumpitur per natiuitatem poſthumi:vt j.de codicil.l.j. & ſic illa aſsignatio remanet firma:ſalua tamen portione poſthumi.glo.mirabiliter diſtinguit:aut hoc fecit in voluntate ſolenni.i.corā vij.teſtibus, & tūc cenſetur voluiſſe facere teſtamentum:aut fecit ſine ſolennitate requiſita:vt coram duobus vel tribus:& tunc gloſ.diſtinguit an fecit aſsignationes per quotas , & idem ſi dicatur quomodo pōt dici teſtatus ſi non adhibuit ſolennitatē.reſpondetur quod cum inſtituit filios poteſt teſtari ſiue ſolennitate : vt in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.j.de teſt.& j.eo.l.ſi.non tamen præſumitur quando non facit expreſſam inſti.niſi alterum de duobus faciat:vel q̄ adhibeat debitam ſolennitatem,vel quod diſtributionem faciat per quotas.Si verò per ſingulas res tunc cenſetur voluiſſe codicillari:quando autem facit expreſſam inſtitutionem, non refert an adhibeat ſolennitatem,vel non ſi teſtatur inter filios:nec refert faciat diſtributionem per quotas , vel per ſingulas res:quia ſemper præſumitur voluiſſe teſtari:& valet teſtamētum iure ſpeciali:ita intellige quod not.j.eo.l.filij.in glo.Item eſt vtilis iſta inueſtigatio propter id quod no.per glo.in aut. nouiſsima.§.de inoffic.teſta. quia quando apparet quod voluit teſtari,debet relinquere legitimam iure inſti.aliàs non valeret.Secus ſi voluit decedere inteſtatus. Illud tamen dictum non videtur procedere niſi quando aliquos vniuerſaliter inſtituiſſet: & non quotam , ſed aliquam rem particularem reliquiſſet. Si autem æqualiter inter filios diſtribueret:quia iſta diſtributio loco portionum hæreditariarū ſuccedit:non poteſt filius conqueri quod ſibi non eſt relicta iure inſti. Tene menti iſtam gloſſ. ſecundum quam Baldus dicit ſe plures conſuluiſſe:& quod non habemus meliorem.aliæ glo.ſunt per prædicta expedictæ.

1 ☞ Statuta excludentia fœminas extantibus maſculis ſunt contra ius commune.

LEX XI.

1 INter filios. † Hæreditas patris iter filios maſculos & fœminas æqualiter diuidēda eſt.h.d. † Et ſic patet
2 q̄ ſtatuta excludentia fœminas extantibus maſculis ſunt contra ius commune.Item intellige iſtam l.in bonis allodialibus.Secus in feudalibus.quæ non tranſeunt ad fœminas:ſed ad maſculos tantum.

a ¶ Peculium aūt ꝓfectitium. Quid ſi peculium ꝓfectitium. vide per doc.in rub. extra de pecu.cle.

2 ☞ *Lucrum acquiſitum per filium ex peculio profectitio,an mortuo patre diuidi debeat inter omnes?*
3 *Si filius non habet peculium profectitium,debitum contractum per eum uiuente patre, non onerat fratres,ut teneantur ſoluere pro eo,ſicut nec patrem:etiam ſi communiter uixerent,& quid ſi ſit contractum poſt mortem patris? & nu.4.*
*Si pater tale debitum ſoluit pro filio,an debeat filius ſibi in ſuam portionem computare,cum uenit ad diuiſionem cum fratribus.*
4 *Quid ſi tale debitum obueniat ex culpa ipſius filij,ut quia captus ab hoſtibus,uel latrunculis?*
*Quid de impenſa quam pater ei fecit in ſtudio?*

LEX XIII.

1 CErtum. † Peculiū ꝓfectitiū,vni ex filijs cōceſſum mortuo patre diuidiť inter oēs ꝓ portioibus hęreditarijs:deducto tm̄ eo in quo ille filius erat obligatus ex cōtractu peculiari.h.d. Nam ex illo cōtractu ipſe filius erat obligatus ſuo ꝓprio nomine inſolidum: pater verò de peculio,& iſta obligatio patris quæ erat prætoria: diuidiť inter oēs filios & hæredes:& ſic creditores pn̄t quēlibet ex hæredibus cōuenire pro rata.Item pn̄t illū filiū cōuenire inſolidū ex ſua obligatiōe:quia tm̄ iſtud eſt debitū peculiare:& ſolutio debet fieri de ipſo peculio:vt l.frater à fratre.ff.de condict.inde.idcirco iſte filius debet à fratribus cōſeruari indēnis:& cōſeruatio eſt vt de illo peculio detrahat tm̄ quantū aſcendit debitum:ſi iam cōdēnatus eſt:ſed ſi nō eſſet condemnatus,debet ſibi cauere de cōſeruando ipſum indēnē:vt ſubtiliter habetur in d.l.frater à fratre.In tex.ibi:in hæreditate diuidēda.nō dicit cōferenda.nam illa cōferuntur quæ ſunt illius qui cōfert bona quæſita per eum poſt emācipationē,quæ ſunt ſua:& in filia quæ confert dotē:quæ ſimiliter eſt ſua,vt l.iij.§.ſed verū.in ſi.ff.de mino. Pe-
a culiū aūt ꝓfectitiū[a] nō eſt ipſius filij cui datū fuerat:licet eſſet in ſua adminiſtratione.Sed mortuo patre deſinit eſſe peculium, & idem iuris eſt de ipſo quod de alijs bonis hæreditarijs,vt diuidā-
2 tur pro hęreditarijs portiōibus.Sed † quid de lucro acquiſito per filiū ex dicto peculio:loquor de iure hodierno, quo filius eſt capax aduētitiorū:q̄a de iure iſto nō erat dubiū q̄ etiā illud veniebat diuidendū inter omnes filios.Bart.tenuit q̄ dimidia pars lucri attribuatur labori,& operi ipſius filij,& ſic cēſeatur aduentitium,& ſuū ꝓpriū:& quouſq; pater vixit debuit habere vſumfructū lucri:altera verò dimidia attribuať ipſi peculio:& illa veniat diuidēda inter omnes,inter quos etiā ille idē filius reputabatur.l.ab omnibus.§.pe.de leg.j.Bal.hic videtur tenere q̄ imò totū diuidatur:quia filius cenſeť operatus,patri,& nō ſibi,quod poſſet ꝓcedere ſi hoc appareret:aliàs præſumiť operatus ſibi.Quod aūt integra dimidia attribuať labori & opibus ſuis,nō approbat Bal.ſed dicit relinquendū arbitrio iudicis, & ſecūdū conſuetudinē loci.poſſet eīm cōtingere q̄ modica opa & modicus labor filij verſatur.Tangit etiā hic Bald.aliquas q.vtiles ſecundū Nic.Mat.quæ cōueniunt illi tractatui quem fecit Barto.de duobus fratribus.& Bal.ipſum cōpleuit. In text.ibi. [ obligatus fuit.] ex quibus cōtractibus ipſe filius pōt inſolidū cōueniri mortuo patre,ſi ſibi ſucceſsiſſet vltra legitimā:ſi aūt nō ſucceſsit vel nō vltra legitimā:vt ſi fuit exhæredatus:vel repudiauit hæreditatem, nō pōt cōueniri niſi quatenus facere pōt:vt ff.quòd cum eo.l.ij.
5 & per totū.† In tex.ibi.[ vltra nō pōt.] Not.q̄ ſi filius nō habet peculiū profectitiū,debitū cōtractū per eum viuente patre non onerat fratres,vt teneanť ſoluere pro eo:ſicut nec patrem,vt j.nē filius pro patre:per totū etiā ſi cōmuniter viuerent,& lucra inuicem cōicabāt:quia nō ꝓpterea videbať cōtracta inter eos ſocietas:cum nō cōtemplatione ſocietatis cōtrahēdę:ſed ꝓpter patrē quem ſequi tenebanť,cōmuniter ſic viuebant.Si ergo pater tale debitū ſoluit pro filio,debet filius ſibi in ſuam portionem computare cum venit ad diuiſionem cum fratribus : ſiue deſcendat ex contractu,ſiue ex delicto:circa quod vide per Iacob.de Are.
4 & Barto.in l.ſtichus.ff.de pecu.leg.† Sed ſi facto ſuo vel culpa

a ¶Ex cōtractu innominato. quot ſint cōtractus innominati. vide per Ang. in l. naturalis. ff. de præſcri. ver. Et an cōtractus innominatus ſit loco pœnitentiæ vide gl. & doc. in l. ſi cū fundū. ff. de pac. Fallit fauore dot. vt i l. ſi ego in §. j. ff. de iu. do. bar. in l. ij. in §. ſi pecu. in fi. de don. Bal. in l. ſicut ad fi. C. de act. & ob. in l. mandatū. in iij. col. C. manda. in l. ſi cum ſocero. in vlt. colū. C. de iur. do. & in c. j. ad fin. q ſucceſ. feudū jdare teneātur. in vſibus feud.

tale debitū obueniret: vt qa fuit captus ab hoſtibus, vel latrūculis, et pater ipſum redemit, cēſetur hoc feciſſe cauſa pietatis, & nō teneret̃ in ſuā portionem computare. vt j. de capt. l. liber. ſicut nec impenſam quā pater ſibi feciſſet in ſtudio. vt l. quę pater. ff. e. ſi verò contraxit debitum poſt mortem patris tēpore quo ſimul viuebant, & lucra inuicē cōmunicabant, modo quia videbatur cōtracta ſocietas omniū bonorū, iuxta no. in l. Titium & mæuiū. §. altero. ff. de admi. tu. tale debitum deberet cōmuniter ſolui: ſi cōcernat commodū ſocietatis, aliàs ſecus, vt ſi culpa ſua fuit contractum, vt l. cū duobus. §. dāna. cū §. ſe. ff. pro ſo. Non ſunt alia.

2 ☞ *Si inter duos fratres una & eadem res fuit diuiſa, puta unum prædiū, & dimidia quā unus habuit ex diuiſione fuerit euicta, quādo nō teneatur alter de euictione?*

3 *Diuiſio, an ſit contractus innominatus?*

4 *Si feudum alicui obuentum ex diuiſione reuertatur ad dominum, quia deceſſit ſine filio maſculo, licet relicta fœmina, an poſſit fœmina agere de euictione? & quid ſi alius frater euincat?*

## LEX XIIII.

